Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31626
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

Quo refutante xpianu(m) q(ue) p(ro)fitente. P(ro)pterea
magis inq(ui)t refutare n(on) debes. Om(n)ia cu(m) mun
da mundis sicut sermo divinus edocuit. Passio
Hec quid(em) de Spyridione dicta sufficiant. Theophyli
TEMPORE Illo cu(m) Beata Doro m(arty)ris
thea martyr et u(ir)go xpi post mul
ta tormentor(um) genera ad decollan
du(m) duceret(ur) q(ui)da(m) scolasticus nomi
ne Theophylus his u(er)bis eam allo
quebat(ur). Eia sponsa xpi mitte m(ihi) de
paradyso sponsi tui. mala aut rosas. Et Doro
thea respond(it). Plane q(uonia)m ita facia(m). Cum (er)g(o) in locu(m)
uenissent p(er)cussores. rogauit carnifice(m) ut mo
dicu(m) p(er)mitteret(ur) orare. Que cu(m) complesset oratio
ne(m) ecce subito puer ante ea(m) apparuit ferens in o
ratorio t(ri)a mala optima et tres rosas. Cui illa ait.
Obsecro te ut feras eos Teophylo scolastico et di
cas ei. Ecce q(uo)d me petisti. ut t(ibi) de sponsi mei para
dyso t(ra)nsmitterem. Ipsa aute(m) p(er)cusso gladio pre
xit ad xpm cui honor et gl(ori)a p(er)manet in secula seclor(um).
Igit(ur) Theophyl(us) aduocat(us) p(re)sidis. p(ro)missione(m) s(an)c(t)e
Dorothee suis sodalib(us) referebat dicens. Hodie
du(m) a p(er)secutore duceret(ur) Dorothea q(ue) se sponsa(m) xpi
dicebat et ad ei(us) paradysu(m) venire memorabat. ego
dixi illi eunti. O tu sponsa xpi du(m) p(er)ueneris ad pa
radysu(m) sponsi tui mitte inde michi mala et ro
sas. Et illa ait. plane q(uonia)m ita facia(m). Cum aute(m) nar
raret et irrideret p(ro)missione(m) ei(us). ecce puer ante ea(m)
cu(m) orario in quo ferens tria mala mirifica et
tres rosas floridissimas dixit ei. Ecce sicut petisti
p(ro)misit u(ir)go s(an)c(t)issima Dorothea t(ra)nsmisit
tibi de paradyso sponsi sui. Tu(n)c Theophylus ex
clamauit uoce magna dicens. Verus d(eu)s xpc
et nulla est simulatio in eo. Dicunt ei collegę
sui. Insanis Theophyle an iocaris. Dicit eis The
ophylus. Nec insania(m) patior nec iocantis ani
mu(m) gero. s(ed) est in me rationabilis fides ut cre
da(m) veru(m) esse d(omi)n(u)m iesu(m) xpm. Dicunt ei. Que ra
tio te repente in ista(m) uociferatione(m) conuertit.
At ille dicit eis. Dicite m(ihi) q(ui)s mensis est. Dicu(n)t
ei. Februarius. Dicit eis Theophylus. Cu(m) tota(m)
Capadocia(m) glaciale frigus tegat et nulla peni
tus u(ir)gulta folior(um) suor(um) tegmine uestiantur.
unde istas rosas aut ista mala mirifica cum
frondib(us) suis estimatis. Dicunt illi. Hoc nos
nec suis temporib(us) uidimus. Dicit eis. Me quidem
que(m) videtis allocut(us) sum Dorotheam eunte(m)
ad excipienda(m) capitale(m) sententia(m) p(er)cussoris cre
dens q(uo)d fatua e(ss)et et diceret sponsu(m) suu(m) xpm et
q(uo)d p(er)ueniret ad paradysu(m) ei(us). insultans ego qua
si stulte dixi ei. Du(m) p(er)ueneris ad paradysu(m) tui
sponsi. mitte m(ihi) inde rosas et mala. At illa ait.
Plane q(uonia)m ita facia(m). Et ecce repente postea q(ua)m p(ro)
xpi nomine est passa uenit ad me infantulus
pulcher. paruulus estimo cu(m) n(on) plus q(ua)m qua
tuor annor(um) e(ss)e. que(m) ego n(on) putaba(m) loqui posse
p(ro)p(ter) ip(s)a(m) infantia(m). Hic pulsauit lat(us) meu(m). Quem
cu(m) respexissem tulit me in parte(m) et cepit mecu(m)
ita p(er)fecte loqui ut me putare(m) rusticu(m) in con
spectu ei(us). Et p(ro)ferens michi orariu(m) cu(m) t(ri)b(us) rosis
et malis dixit michi. Virgo s(an)c(t)issima Dorothea
sicut te petente p(ro)misit t(ra)nsmisit t(ibi) hec munera
de ortu sponsi sui. Que du(m) accepisse(m) et clamare(m).
ille infans nusqua(m) comparuit. Que(m) ego n(on) dubi
to ang(e)l(u)m dei fuisse. Et hec dicens clamabat. Bea
ti qui credunt in xpo. et q(ui) fide(m) sua(m) ipsi co(m)mittunt.
hic uere sapiens est. Cumq(ue) hec his q(ue) similia di
ceret ingressi sunt q(ui)da(m) ad p(re)side(m) et dicunt ei. Sco
lasticus tuus Theophylus q(ui) usq(ue) hodie postulabat
contra xpianos et p(er)sequebat(ur) eos usq(ue) ad morte(m).
hic p(ro) foris uociferat(ur) laudans et benedicens no
men illi(us) nescio cui(us) ihu xpi. et multi credunt p(re)di
catione ei(us). Tu(n)c p(re)ses iussit eu(m) introduci ad se. Cui
intromisso ait. Quid est q(uo)d foris loq(ue)baris. Theo
phylus dixit. laudaba(m) xpm feliciter que(m) usq(ue) ho
die infeliciter denegaba(m). Dicit ei p(re)ses. Miror te ui
ru(m) prudente(m) hoc nomen u(e)l nominare uoluisse.
q(uo)d nunc usq(ue) q(uo)cumq(ue) nominauit p(er)secutus es.
Dicit ei Theophylus. In hoc apparet hunc veru(m) e(ss)e
d(eu)m. q(ui) me conuertit ab errore ad uiam ueritatis.
et me fecit cognoscere q(uonia)m ip(s)e est uerus d(eu)s. Dicit ei
p(re)ses. Om(n)es in sapore sapientię crescunt. ut a sapi
entib(us) sapientiores fiant. tu ex sapientia ad insipi
entia(m) conuersus es. Conuersus es d(omi)n(u)m dicere que(m)
audeis crucifixum ab ip(s)is xpianis audisti. Di
cit ei Theophylus. Hunc (er)go crucifixum audiui
et errore(m) passus d(eu)m putaui n(on) esse. et blasphemaui
cottidie nomen ei(us). Hunc aute(m) penitentia(m) gerens
de p(re)teritis c(ri)minib(us) et blasphemiis meis. hunc d(eu)m
meu(m) esse confiteor. Dicit ei p(re)ses. Et ubi aut quo
modo factus es xpianus. q(ui) usq(ue) hodie sac(ri)ficasti.
Dicit ei Theophylus. Ea hora qua xpm confessus
credidi. sensi me xpianu(m) effectu(m). et ideo sicut ex
toto corde renuntiaui ydolis mortalib(us) ita ex to